28

Anno Dni 1652 die 26 Novembris Sqwierniewicis coram Illmo [illegible] Andrea Comite de Lesno [illegible] [illegible] Actis [illegible] [illegible]

Matthias Lubienski Dei et Aplicæ sedis grã Archieppus Gnesnen:

Legatus Natus Regni Poloniæ Primas Primusq Princeps.

Significamus pñtibus Literis Nris quorum interest Universis. Quia Nos commendatam et exploratam habentes promptitudinem obsequiorum Nobis et Illmo olim Joanni Wezyk Prædecessori Nro per Honestum Andream Dwornik Oppidanu Sqwierniewicen et servitorem Nrum in custodiendo Mensæ Nræ argento, sternendisq Mensis solicite præstitorum. Volentesq ipsum ad obeunda eiusmodi obsequia in posterum reddere alacriorem, eundem ab oibus et singulis, tam ab excubiarum nocturnarum a Magistratu Sqwierniewicen exigi solitarum, contributionibus, quam et pensionum pecuniarium et avenariarum ac aliarum quarumuis ad Curiam Nram Sqwierniewicen ex Uno agri Manso in fundo et hæreditate oppidi Sqwierniewicen ipsius proprio, tum et mensurarum a molitura braseorum provenientiu redditibus, et oneribus eximendum et libertandum esse duximus: prout quidem sub ratihabitione tamen Illrium et Adm Rndorum Dnorum Prælatorum et Canonicorum totiusq Venlis Capli almæ Nræ Ecclæ Metropolitanæ Gnesnen Fratrum Nrorum Charissimorum, ad extrema Vitæ ipsius tempora, eximimus et libertamus per præsentes. Quod ad notitiam tam prædicti Magistratus, quam Vice Capitanei, Notarij proventuum Curiæ Sqwierniewicen deducere mandamus, ut postea pro tenore pntium nõe et pro parte dicti Andreæ Dwornik requisiti fuerint, seu alteruter eorum requisitus, eundem ab oibus tam contributionu quam et pensionum præfatarum redditibus ac oneribus, pro immuni libero et exempto habere Libertaonem et exemptionem Nram pntem Actis Regestrisq suis connotare Velint ac faciant, neq ab ipso præmissa oia quovis modo in posterum exigant. Promittimus autem pro Nobis et Illmis Successoribus Nris, quod ipsum circa huiusmodi Libertaonem conservabimus et Successores Nri conservabunt. In quorum fidem pntes manu Nra subscriptas sigillo Nro communiri iussimus. Datum Gnesnæ Die Vigesima quarta Mensis Aprilis. Anno Dni Millesimo Sexcentmo Quadragmo Nono.

Locus Sigilli

Matthias Lubienski
Archieppus Gnesnen

Stanislaus Nawrocki
Cancell Gnesnen
Sigillu Gnesn

24/4 1649

Privilegium Dvorak